Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



77.

confessionis & sensu cernentis dm̃ quiro
fertur ad ecclam. de ferro tyrũ primũ
triticũ quod cadens in terrã multiplicat.
& accipitur pro uerbo dĩ. non enĩ in pane
solo uiuit homo sed in omni sermone dĩ.
de inbalsamũ qd nascitur in uineis. AEN
GADDI. siue unguentũ. de quo scriptũ est.
sic unguentũ in capite qd descendit in bar
bam barbam aaron. & mel sup quo loquit
& salomon. mel inueniens comede quantũ
satis est. si enim plus comederis euomes illud.
dum saturitate nimia mel uertitur in ab
sinthiũ. oleũ quoq; de quo in taber naculo
dĩ lucerna accenditur. ne aptetur nobis
illud prophaticũ. oleũ in aegypto uenun
dabas. quod si in aegypto & in tyro fuerit.
uertetur in contrariũ & dicetur de eo oleũ
autem peccatoris. ñ inpingu & caput meũ.
sed & resina laesis est apta corporibus.
& pro medicina accipitur. Unde & in hie
remia scriptũ est. nũ quid resina non est
in galaad aut medicus non est ubi quare
non ascendit curatio filiae populi mei.